



3

ASSERTIONIS
DOCTRINÆ ORTHO-
DOXÆ DE PECCATO IN
SPIRITUM SANCTUM,

*Disputatio prima, continens Protheoriam, cum Quæstione prima: Quidnam
peccatum in Spiritum sanctum sit? & quid non sit?*

RESPONDENTE,

M. JOANNE GEUGERO, SPANGENBER-
GENSI HASSO.

THESIS I.

DILECTUS ille CHRISTI discipulus, i Johan. 5. 16.
*Si quis viderit, (inquit) fratrem suum peccare peccatum non ad
mortem, petet, & dabit ei vitam, peccantibus non ad mortem.
Est peccatum ad mortem: non dico, pro illo (peccato) ut roget.
Cui distinctionis causâ subiungit: Omnis iniquitas pec-
catum est, & est peccatum non ad mortem. v. 17.*

II.

Quibus verbis de irremissibili illo in Spiritum Gratia peccato, distin-
cto à cæteris omnibus, Evangelistam loqui, cordato dubium est nemi-
ni: Siquidem, *Non dico, (inquit) ut pro illo (peccato) quis roget; Immo, ut à
cæteris peccatis hoc, tanquam singulare, discerneret, atque sejungeret:
Est peccatum ad mortem (inquit) & contra, Est peccatum non ad mortem: omnis
videlicet iniquitas reliqua, exceptâ unicâ in Spiritum Blasphemiam.*

A 2 Pcc-